



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corolla Siue Rosarivm SS. Trinitatis

Coloniae, 1642

Vtilitas Multiplex ex hoc Corollam orandi modo proueniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55132)

SS. TRINITATIS. In-
fio, oculorum in cælum ele-
uatio, genuum flexio.

UTILITAS

*Multiplex ex hoc Corollam oran-
di modo proueniens.*

Melius ea exponi non po-
test, quam declarando,
quænam in se Corolla SS.
TRINITATIS, & eius recita-
tio contineat. Paucula breui-
ter indicabo.

I. Continet fidei Catholicæ
de summo & primo creden-
dorum Articulo professio-
nem, contra omnes Sacro-
sanctam TRINITATEM ne-
gantes, & oppugnantes, Pa-
ganos, Iudæos, Turcas, & ge-
neratim omnes cuiuscumque
sectæ hæreticos. Quia in so-
la

la Ecclesia CATHOLICA vera
DEI Gloria est.

II. Continet DEI lauda-
tionem & glorificationem. Ad
quam nos perpetuò & Scrip-
tura sacra, & Patres, & Ratio
ipsa hortatur. Siue intueamur
Divinæ ipsius naturæ præ-
stantiam infinitam, siue in-
numerabilia, quæ ab ea in nos
beneficia proficiscuntur. Quo-
rum alia sunt Communia. 1.
Creatio. 2. *Conservatio.* 3. *Redē-
ptio.* 4. *His connexa* innume-
ra. Alia sunt Propria. 1. *Anima*
2. *Corporis.* 3. *Nobis necessitu-
dine aliqua coniunctorum.*

III. Continet imitatio-
nem omnium creaturarum:
quæ omnes suo singulæ mo-
do **D E V M** assidue laudant.

Psal.

SS. TRINITATIS. **B**

Psalmo XVIII. & CXLVIII. ac
Danielis tertio.

IV. Continet imitationem
Ecclesie in terra militantis,
que singulis diebus, ut habe-
tur in C. *Quoniam. Extra. de fer.*
dicit *Gloria Patri & Filio, &*
Spiritus-sancto: & dicit per suos
Ministros quotidie amplius
quingages in Ecclesiasticis
precibus: ac alias perpetuo
Deum laudat.

V. Continet imitationem
Sanctissimorum Patrum, qui
toties, tam libenter, tanto
cum pietatis sensu Doxolo-
giam vel istam, vel aliam sen-
su simillimam usurparunt. Ut
sunt, S. Dionysius Alexandri-
nus, S. Gregorius Thaumatur-
gus, S. Basilius, S. Chry-
so-

IV. COROLLA

Iustomus; S. Flavianus; S. Hieronymus; S. Damasus: & imprimis ipsi Apostoli, S. Petrus 1. epist. cap. 4. & 5. 2. epist. 3. S. Paulus Romanor. 11. & 16. ad Galat. 1. Eph. 3. Philippenfes 4. 1. ad Timoth. 1. 2. ad Timoth. 4. ad Hebræos 13. reliqui apud Clementem lib. 8. Constitut. cap. 15. 16. 18. 20. 22. 29. 37. 38.

VI. Continet imitationem SS. Angelorum & Beatorum omnium, qui Hymnum Gloriæ sine fine concinant, & dicunt voce magna: sedenti in throno, & Agno: Benedictio. & Honor, & Gloria. Apocalyp. 5. 19. Isaia 6.

VII. Imò verò imitationem continet ipsarum SS.

TRI.

SS. TRINITATIS. 125

TRINITATIS Personarum.
Nam Pater glorificat Filium,
Ioannis 8. 12. 16. 17. Filius Pa-
tre, Ioannis 7. & 12. Spiritus-
sanctus utrumque, Ioannis 16.
1. Corinth. 12. Quam Sancta
igitur, augusta Deoque ac-
cepta hæc Doxologia!

VIII. Continet eadem Co-
rolla finē & scopum vitæ no-
stræ, summam omnium ora-
tionum & desideriorum no-
strorum. Huc enim preces,
vota, studia, labores, verba,
facta, cogitationes, omnia de-
nique nostra tendere semper
debent, vt sit Gloria Patri, &
& Filio, & Spiritui-sancto: sicut
erat in principio & nunc & sem-
per, & in secula seculorum.
Amen. Ecclesiastici 17. Deu-
ec-

18 COROLLA

Jeron. 26. 1. ad Corinth. 6.

Vnde Ecclesiasticus cap. 39.
*In omni corde & ore collaudate
& benedicite nomen Domini.*

IX. GLORIAM tandem
nobis ipsis adfert maximam,
æternam in cælis, & si expe-
diat, etiam in terris. *Qui-
cumque glorificauerit me, glori-
ficabo eum*, dicit Dominus,
1. Regum, secundo cap.

M O D U S

*Corollam SS. Trinitatis oran-
di metaphoricè.*

ORARE metaphoricè cen-
setur, qui benè agit, qua-
ratione Patrum nonnulli di-
xerunt, cum semper orare:
quod exigitur Lucæ 18. & 21.
1. ad